Misit an̄ eos virū ioseph vere virū misit qz a muliere téprante nō demoliti nec in aduersitate fractum t̄ dicit q̄ misit en̄ dñs: lic̄ maliciose fuerit venditus a fratribus: qz nutu dei factū est: vñ ipse dicit eis *Gen. xlvi.* Pro salute ve stra misit me dñs ante vos: t̄ de malicia illa addit (in ser uū venundatus est) fratribus ioseph. t̄ tunī.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animam eius do nec veniret̄ verbum eius.

Humiliauerūt̄ egypti (in cōpedibus) pedes eī: qz q̄ us in cōspectu custodis carceris gratiā inuenerit̄: t̄n̄ p̄us multas tribulatiōes passus est: vñ addit (ferrū). i. dura tribulatiō (pertransiit̄). i. penetravit̄ (animā eius) vel ania eius (p̄tran. ferrum). i. tribulatiōē supauit̄: t̄ illa tribulatiō durauit̄ (donec veniret̄ verbum eius). i. interpretatiō somni que fuit verbum eius dicentis: t̄ verbum dei inspi rant̄ vel docentis: vñq̄ sequitur.

Eloquium domini inflamauit eum: misit rex et soluit eū p̄iceps p̄p̄loꝝ t̄ dimisit eū. **E**lo. do. inflā. e. i. sp̄uſtancē dans eloquia ignita (misit rex) p̄barao (t̄ soluit eū p̄iceps populoꝝ). i. ipse p̄ba rao misit t̄ dimisit eū liberum a carcere.

Constituit eum dominum domus sue; et principem omnis possessionis sue.

Ecōstī. e. d. s. t. p. o. p. l. b̄ fecit exposito somnio vt b̄ plane. *Gen. xlj.* Non t̄m̄ aut̄ vt b̄ret curā tp̄alium sed t̄.

Et erudit̄ principes eius sicut semet ipsum: et senes eius prudentiam diceret.

Et eru. p̄n. e. s. t. f. e. i. nō t̄m̄ iuuenes s̄ senes pruden tia docēt̄. s. de bis q̄ dei erat Nō ē ei credēdū vt ait aug. t̄m̄ p̄bas intēdissē ope tp̄alii ita q̄ nō intendēt̄ ope sp̄uſaliū.

Et intrauit israel in egyptum: et iacob accola fuit in terra cham.

Et intra. b̄is oībus factis (istū in egyp.) ioseph ibi re grāte (t̄ iacob accola fuit in terra cham). i. in egypto q̄ di cta est terra cham filiū noe a quo descendēt̄ egypti: bec q̄ de ioseph dicunt̄ de xp̄o allegorice intelligenda sunt q̄ a Allegorice

deo patre missus est in egyptū ne periret fame ip̄a terra: vñ h̄e trāscurrāmus allegorice (t̄ vocauit fa. sup ter.) nō famē panis neq̄ sitim aque sed audiēdi verbū dei: sicut dicit Amos. viij. qz qñ xp̄s venit nō erat p̄phete in terra (et omne firmamentū panis contriuit) qz iā non erat q̄ panez verbi dei frāget̄ parvulis languetibus: t̄ tunī (misit) deus pater (ante eos) visibilē factū p̄ carnis susceptione (Aru) xp̄m: de quo *Hiere. xxij.* Semia circūdabit virū: hanc famē t̄ huius viri missionē notat Apo. *Gal. iij.* dices. Ubi venit plenitudo teoris misit deus filiū suū faciū ex mulere. q. d. prius erat carū tēpus t̄ famēs in terra: sed cū eo venit plenitudo teoris. i. tēpus plenitudinis: vñ dī beate virginī *Cant. iij.* Tenter tuus sicut aceruus tritici. *Ḡp. viij.* Tenerū nobis oīa bona pariter cū ea (in seruū venū datus est ioseph). i. xp̄us q̄e vendidit iudas (in seruū) dicit: qz p̄ hoc seruūt̄ nobis: scdm q̄ dicit *Ela. xlj.* Seruire me fecisti in iniqtatibus vñs (humiliauerūt̄ in compē. pe. eīus) nō ad litterā legit̄ q̄ fuerit positus in cōpedibus: sed crux fuit eī loco compedū in qua pedes eius clavis cōfixi fuerūt̄ (ferrū) lancee multas (transiit aīam eī) sc̄ aīam beate virginis: qz iā aīam xp̄i a corpore recesserat: b̄m qd̄ dī. *Io. xix.* Cū venissent ad iesum t̄ viderūt̄ eī iā mortuū nō fregerūt̄ eī crura: s̄ vñs militū lancea lat̄ eius aperuit: sed aīam beate virginis p̄transiit illud ferrū: b̄m q̄ dixerat symeon *Lu. ii.* dices ad beatā virginē. Et tuā ip̄ius aīam p̄trasibit gladī: t̄ hoc videf̄ dicere id qd̄ sequit̄ (donec veniret). i. cōpleret̄ (verbū eī) qd̄ p̄pheta suū symone locut̄ fuerat: vel (verbū eī) qd̄ p̄dixerat p̄ *Zach. xiij.* In die illa erit fons patēs domui iacob t̄ bitantibus bie rusalē in ablutionē p̄tōis t̄ mēstruāt̄: iste fons fuit vul nus lateris xp̄i: de quo ibi dicit̄ q̄ cōtinuo exiuit sanguis t̄ aqua. s. sanguis redēptionis t̄ aqua baptismatis t̄ ad sustinendū talia (eloquiuū dñi inflā. eīu). i. preceptū dñi p̄ dicat̄ eī: vel (eloquiuū dñi). i. seruor̄ p̄dicandi t̄ docēndē populos. ad hoc en̄ venit: sicut dicit *Mar. i.* Eam̄ inq̄t̄ in p̄t̄mos vicos t̄ ciuitates vt ibi p̄dicē. ad hoc en̄ veni t̄ p̄pter p̄dicationē eius inuidebat eī iudei t̄ ex inuidia il la procurauerūt̄ mortē eius: sed qui misit eum ad mortē suscitauit eū a mortē: hoc est qd̄ sequit̄ (misit rex). i. deus pater supple eū ad mortē (t̄ soluit eū) a mortē ipse q̄ est p̄iceps populoꝝ t̄ dimisit eū) liberū ab omni miseria: et merito h̄ūilitatis t̄ obediēt̄ vñq̄ ad mortē exaltauit eūz qz (constituit eū) ad deuterā (dñm domus sue) celestis de q̄ ipse dicebat *Job. xij.* In domo p̄is mei mul. man. sunt. (t̄ p̄cipe oīis possessionis sue) tā in celo q̄s in terra hoc ē qd̄ dī. *Pbil. ii.* Propt̄ qd̄ exaltauit illū t̄ do. il. no. t̄c. post q̄ vo ita exaltatus est misit in aplos sp̄uſlāctum t̄ erudi uit eos: vñ addit̄ vt erudit̄ p̄ncipes eius). i. aplos q̄ fir erunt p̄ncipes eccl̄ie (sicut semetip̄m). i. illa q̄ ipse mee sciebat. *Job. xv.* Om̄ia que audiui a patre meo nota scel

19

29

28

22

Psalmus

vobis sed pfectius eruditus eos p sp̄sanctū q̄ p seipsum:
sicut dicit eis Ioh. xv. Adhuc multa habeo vobis dicere:
sed nō potestis por. modo. cū aut̄ venerit ille sp̄ns verita-
tis dō. vos oēm veri. Tren. j. de excelso misit ignē in ossib⁹
meis et erudit me (et senes ei⁹ prudentia doceret) hoc re-
ferri pōt ad illos discipulos q̄ simpliciter sp̄nsctō eruditū fu-
erūt: sic aut̄ eruditū dispsi sunt q̄ totum mundū ad p̄dicā-
dū: vñ addit (et intrauit israel in egyptū). i. apli dñi clara-
fide intuētes intrauerūt diuersas mudi p̄tes tenebris pec-
atorow et error⁹ obscuras (et iacob accola fuit i terra chām)
id est iōi apli cū diabolo et tyranis luctat̄es et ipos supplā-
tantes vomere p̄dicatiōis coluerūt terrā mudi eradicant̄es
spinas erroūt et viciorūt et plātantes et seminat̄es plan-
tatiōes et semia virtutū: chām eū interpretat̄ calidus et ipo-
mūndus plenus est igne luxurie et cupiditatis et deceptioni-
bus.

Moraliter (tvocauit fame) p̄mo in hoc verbo ar-
guīt hominū duricia et inobedientia qz dñs vocat inaniam
et obediens ei. solus aut̄ bō resistit. ps. Deus teomū dñs lo-
catus est et vo. e. tē. q. d. si bō non vult audire ad obedien-
tiū plaga audiēt ad puniendū. **Hiere. xv.** Gladiū ego vo-
co sup̄ oē habitatores terre: fames ut p̄dictū est dō penu-
ria verbi dei: sicut dō Amos. viij. bec fames est magna pe-
stis sed maior est fastidiū: p̄ma pestis inuidit laicos. secū-
da clericos: laici. n. sustinet famē. s. penuriam verbi dei. qz
vt dō Tren. iiiij. Parvuli petierūt panē et nō erat q̄ frange-
ret eis: clerici vo et si habeat pane nō eū inde firmant̄: qa-
nō operant̄ scdm q̄ audiūt et studēt Eccl. viij. Collecta-
ta est cū sapiētia anima mea. s. studēdo et in faciēdo illā con-
firmatus sum (et omne firmamentū panis cōtruiuit). i. ver-
bo virtutē abstulit Esa. iiij. Auserā a bierusalē et a iuda oē
robūr panis et oēne robūr aq. ad hanc ḡ famē effugandaz
et firmamentū panis reuocandū necessariuz est vt mittat
dñs p̄dicatore q̄ populo p̄dicet et oib⁹ exemplū bñ ope-
rādi ministrat̄: sicut dicit (misit ante. e. vir.). s. p̄dicatorem
potentē in ope et sermōe: sicut de xp̄o dō Lu. xij. Erat vir
ille potēs in ope et sermōe. iste vir dō esse (ioseph exēplū
castitatis. p̄sulor escarū induitōz criminū patris venera-
tor regis. p̄curator gentis salvator Eccl. xlj. Ioseph qui
natus est bō princeps fratru firmamentū generis rector
fratrū stabilimentū populi b̄ cōpetunt p̄dicatori cū eo qd
dicit (misit) q̄ mitti dō. **Rom. x.** quō p̄dicabunt nisi mittā-
tur **Hiere. xij.** Nō mittēbā eos et ipi currebant (an eos)
nō retro. **Dich. y.** Ascēdet pandēs iter ante eos **Joh. x.**
Bonus pastor cui p̄prias oves emiserit ante eas vadit et
oves illū sequunt (virū) non effeminate: hic enim cōmina-
tur dñs pro magna pena Esa. iij. Effeminati domiabitur
eis. **Joh. xl.** Accinge sicut vir lūbos. t. (in seruū venū. est
io.) H̄ satis cōpetit plato et p̄dicatori: qz debēt se gerere vt
seruos nō vt dominos. i. **Pe. v.** Nō dominat̄es in clero. i.
Chor. ix. Omnia me seruū feci: et bene dicit (veniūtus)
qz ad lsam. subdit̄ dant eis bona tpalía et ipsi ministrant̄
eis in sp̄ualibus: vnde q̄ recipit tpalía et nō ministrat̄ spi-
ritualia sur est et latro et in anima suā recipit Prover. xij.
Si sp̄opōderis pro amico tuo defixisti apud extraneū ma-
nū. t. q. d. vendicisti teipm̄ in seruū: si autē p̄dicator: sit mi-
nister in effectu dō nibilomin⁹ esse bñlūs in affectu vt non
ambiat honore nec de exhibito gaudeat: vñ bñ sequit̄ (bu-
miliauerūt in cō. pe. ci⁹) pedes sunt affect⁹ cōpedes sunt
cura et sollicitudo q̄ tenet bō vinc⁹. q. cōpedib⁹ vt nō pos-
sit ambulare pro sua volūtate sic se bñlībat bñs Bern.
dicēs: si labores p̄samus: nō affectam⁹ honores: vñ p̄ (cō
pedes) q̄ stringit pedes ne euagent̄: p̄ terrā signat q̄ de-
bet sepatos bō affectus ab oī terreno amore Eccl. xlj.
Circuipedes et femoralia et humerale posuit ei: h̄ tria cō-
petūt plato et p̄dicatori: p̄ circuipedes intelligit q̄ dō bō
affectus sepatos a terra: p̄ femoralia intelligit castitas: p̄
humerale labor. si dō sit bñlītas in affectu concomitit ea
cōpassio: qz sequit̄ (ferrū p̄trā. aiam eius). i. tribulatio du-
ra aliorū afflit̄ aiam suā ita q̄ nō quiescit (donec veniat
vñ eius. donec verbū p̄solutionis semiauerit in cordib⁹ eo-
riū. et dō nec illud semē veniat. i. fructū afferat qd est cū au-
dientes in tribulatiōe patiam habēt et p̄solutionē. Esa. lv.

Verbū qd egredit̄ de ore meo nō reuertet ad me vacū
sed faciet quecūq; volui et prosperabit̄ in his ad que misi
illud qz in leticia egrediemini et in pace deducemini: ecce
fructus verbi. s. consolatio in leticia: p̄fectus in pace: s. p̄-
dicatori necessarius est seruor: vnde (eloquii dñi inflāma-
uit eū) talis potest alios inflāmare q̄ primo fuerit inflā-
matus qz qui nō ardet nō incendit Eccl. xlviij. Surrexit
belyas. p̄beta. q. ignis tē. **Hiere. xij.** Nonne verba mea
sunt. q. ignis et talis cum morit̄ a domino remunerat: vnde
addit (misit rex) cui militavit. s. deus (et soluit eū) a vñ-
culis carnis. s. in morte qn̄ angelū mittit ad eū dñs vt sol-
uat animā et ad requiē p̄ducat eternā. **Phil. j.** Cupio di-
solui et esse cū xp̄o p̄nceps populo quos iste rocebat mi-
sit (et dimisit eū) liberum a carcere corporis. **Ro. viij.** En-
felix ego homo quis me liberabit de corpore mortis bñ⁹
et quid amplius (cōstituit eū dominū domus sue) celestis
scdm illud **Math. xij.** Quia sup̄ pauca fuisti fidelis su-
pra multa te cōsternā intra in gau. dñi tui. t dicit (dñm)
qz sciendū q̄ in lege veteri fuerūt homines serui. scdm illud
ps. Servi dño in ti. tē. sed in noua lege facti sunt amici.
Job. xv. Jā non dīcā vos seruos sed amicos: in celo aut̄
fient dñi ita q̄ ipē dominus omniū obediens voluntati eo-
rū et ministrabit illis. et p̄ncipem oib⁹ possessionis sue: bñ
illud **Lu. xij.** Amen dico vobis qz sup̄ oia que possidet cō-
stituerit eū. et cū aliquis ita vivit ita morit̄ et ita remunerat
alijs exemplū dat vt eum imitent̄: vñ addit (vt crudiret
p̄m. eius). i. alios p̄dicatores et prelatos suo exemplo (si-
cū semetipm̄) vocerat. i. vt sic faciant sicut fecit **Buxta il-**
lud. j. **Chor. xij.** Imitatores mei estote sicut et ego xp̄i ali-
os eū nō docet bene qui scipm̄ non docet. **Ro. ii.** Qui ali-
um voces teipm̄ non doces (et senes eius). s. sacerdotes et
alios seniores prudētiam voceret vt sibi in futurū p̄uide-
rente talentū dominū b̄ multiplicando: et qui habet dñi pre-
oculis ita faciunt̄: vnde sequit̄ (et intrauit israel). i. vir vi-
dens dñi p̄ter peccata hominū crucifixū (in egyptū). id
est ad peccatores tenebrovos et de tenebris peccatorow eos
deducere (et iacob) id est exercēs se in lucta actiue vite p̄-
dicando et laborando (accola fuit in terra chām). i. sicut
dictū est vomere p̄dicationis tribulos et spinas viciorum
eradicans seminae semina virtutū in cordibus terreno-
rū. chām interpretat̄ et dictū est calidus vnde significat
luxuriosos vel calidus vñ signat cupidos. oēs etiā pecca-
tores sunt calidi in voluntate peccandi et callidi in procu-
rando peccato. scdm illud **Hiere. xij.** Sapiētē sunt vt fa-
ciant mala: bene autē facere nescierunt.

Et aurit populum suum vehementer: et
firmitaut̄ eum super inimicos eius.

Et aurit Quiētē ps vbi breuiter tangit in p̄mo versu q̄
facta sunt in egypto: et postea plene narrat: p̄mo ergo tan-
git duo beneficia dei erga hebreos. Primiū est multiplicatio
eorū: vñ dicit (et aurit populu suū vehementer) qz nō
intrauerūt nisi. lxx. anime et in paruo tpe exierūt. ccc. mi-
lia exceptis parvulis et mulieribus. Secundū beneficiū
fuit eorū exaltatio in tempore moysi: vñ dicit (et firmauit
enī sup̄ inimicos eius) sed quia gloriā precedit humilitas
Prover. xix. ostendit q̄ primo humiliati fuerūt et incipit
narrare plene que facta sunt in egypto: vnde dicit.

Connertit cor eorum vt odirent populū
eius: et dolum facerent in seruos eius.

Connertit permisive (cor eorum). s. egyptiorū (vt odi-
rent populū eius) et ostendit triplice persecutionē. s. cor-
dis: cum dicit (vt odirent) oris: cum addit (et dolum) ope-
ris: cum dicit (facerent). q. d. non soluz loqueban̄ dolose
sed operabātur et aggrauat peccatiōis persequentium: cum
subdit (in seruos eius) quod grauius est peccatiōis q̄ si in
alios hoc facerent: dolus autē iste fuit in hoc q̄ faciebant̄
eos laborare in lateribus faciēdis et quātūm poterāt op̄
primebant eos ne multiplicarentur: post hanc autem hu-
miliationē secuta est eorum exaltatio: vnde primo osten-
dit per quos facta fuit illa exaltatio. s. p̄ moysen et aardis:
vnde dicit.

23

24

15 **C**misit moysen seruum suum aaron ques elegit ipsum.

C2 Misit moylen ser.fu. et aaron) et postea ostendit quod per eos exaltati sunt.s. per miracula que fecerunt: unde dicit.

CPosuit in eis verba signorum suorum: et prodigiorum in terra cham.

CPosuit in eis). s. in moy. et aaron (verba signorum suorum) quo ad minoria miracula et prodigiorum suorum qd ad maiora.q. d. posuit in eis vba qibus predicabat signa et prodigia futura esse (in terra cham). i. in egyptu sicut supra habuit est: vel sic (vba sig. tc.). i. ligna et prodigia qd erant pro vobis: quibus enim dñs loquitur qd signa sicut p verba: postea ostendit qd fuerunt illa signa et emicerat septem plagas que facte sunt in egypto: id fuerint decem: et non eodem ordine quo facte fuerint: prima quia emicerat fuit tenebre palpabiles: de quibus habet pti.

3 Dealib⁹ plagis egypti pti.

CMisit tenebras et obscurauit et non exacerbavit sermones suos.

C16 Misit tenebras et non tm exteriore et interiore: vñ addit (obscurauit). s. corda eorum et coperente primis tenebre alijs plagiis qd ex cecitate sequuntur oia mala: et inde h fecit qd pmisserat moy. vñ dicit (et non exacerbavit sermones suos) ille de sermones suos exacerbare qd pmitit et non solvit ille de dulces facere sermones qd pmitit et solvit. Hoc plaga est puerio aquar in sanguinem: vñ dicit.

27

CConuertit aquas eorum in sanguinem et occidit pisces eorum.

CConuertit aq̄s eorum in sanguinem tc. qd ex hoc secuta est mors pisces. Tertia est ebullitione ranarum: vñ dicit.

28

CEt dedit terra eorum ranas: in penetrabilibus regum ipsorum.

CEt de die ter.c.ra.) Exo.vii. Ecce ego pcutia oes terminos tuos ranas et non tm in paludib⁹ vbi solent esse ranas: s (in penetrabilib⁹). i. in thalamis et secretis locis (regū ipso rū). i. pncipū et magnitudinē. Quarta plaga est muscarū: vñ de dicit.

29

CBixit et venit cynomia et cyniphes in omnibus finibus eorum.

CDixit. i. fecit qd ei⁹ dicere facere est: vel (dixit) moy. et venit cynomia et cyniphes) ḡia sunt muscas: cynomia est musca canina cynos grece canis latice nomos musca: cyniphes sunt minute muscae qd acris mordet: et hec musce venerunt (in oib⁹ f. e.) Quinta plaga est grādo et fulmina: vñ dicit.

30

CPosuit pluuias eorum grandinem et ignē comburentem in terra ipsorum.

CPosu. plu. eo. grand. et ignē comburentē ad l̄am in terra ipsorum. Exo.x. Grandio et ignis mixta pariter ferebant.

31

CEt percussit vineas eorum et ficalneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.

CDixit et venit locusta et brucus cuius non erat numerus.

CPercussit vi.eo. et fical.e.) hoc q̄tum ad grandinem (et contriuit lignū finū eorum) hoc q̄tum ad ignē. Sexta plaga est locustarū: unde sequitur.

CDixit vt. s. (et venit locusta et brucus) brucus est fetus locuste. et ponit nūc singulare p pli: et in hoc notat maiores copiā: vñ et hic addit (cuius non erat numerus) Exo.x. Facto mane vēris leuauit locustas. Et nota qd brucus et opūcūs et archelabūs idem est.

32

CEt comedit omne senum in terra eorum: et comedit omnem fructum terre eorum.

CEt coe.o. fe.in) ita fuit ad lit. de illa locusta et bruco. Se p̄ima plaga est imperfectio p̄mogenitorum: unde sequit.

33

CEt percussit omne primogenitum in terra eorum: p̄mogenitas omnis laboris eorum

CEt p.o.p.) s. egyptiorum Exo.xij. Mo erat dom⁹ in qd non

iaceret mortu⁹: et non solū p̄mogenita boim: sed et pecor⁹ et fructu⁹: vñ addit (p̄mogenitas omnis laboris eorum).

CEt eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribub⁹ eorum infirmus.

CEt edux. e.) b̄ incipit p̄tatio fm cassiodor⁹ fm Aug⁹. vñ infer⁹ ibi (exp̄d̄it) nos vñ maḡ se q̄mūr Aug⁹. En̄eratis plaḡ egyptior⁹ en̄erat bona qd fecit deus filius ist⁹ in exitu de egypto: p̄mū ē qd eduxit eos de manib⁹ inimicor⁹: vñ dicit (edux. e.) s. d̄ egypto. scdm̄ ē qd eduxit eos cū magnis diutinib⁹ vñ addit (cū ar. et au.) cū p̄cepit eis Exo.xij. qd mutaret a vicinis suis egyptijs vasa aurea et argentea: et illa secū tulerūt. H̄i nūq̄d p̄cepit de fieri fraudē. Solo omnia dei st. vñ p̄t ordinare ad voluntatē suā. Itē qd egyptijs p̄t fraudauerāt eos i multib⁹: id tolerabilius est. tertia bñ. sicut fuit sanitas corporis: vñ dicit (et non erat in tribub⁹ eorum infirmus) qd exierit de egypto. Quartū fuit qd letati sūt egyptijs de exitu eorum: et etiā cōpellebant eos exire vñ dicit.

CLetata est egyptus in profactione eorum quia incubuit timor eorum super eos.

CLet. e. i. p. e. tc.) s. qñ p̄fecti s̄t iniae et qd letati sunt qd (incubuit timor eorum sup eos) p̄t plagiis supradictas.

CAllegorice (et auxit) supra habitu est de p̄dicatore apostoloz qd coluerūt terrā cham. vomere p̄dicatōis: et bñ oñlit qd terra culta multū semē peulite vñ dicit (et auxit) dñs p̄ p̄dicationē apostoloz (pp̄lin suū) xp̄ianū. Act. ii. in fi. dñs augebat qd salui siebat qd tice i uip̄m (vobemēter) qd cum violētia.

CMa iudei quatū poterat resistebat (et firmauit eū sup ini micos eius). s. sup iudeos qbus dñi antur xp̄iani (couerit eorum ut odiret pp̄lin eius). s. iudeorū (et dolū faceret in seruos ei⁹). i. in apostoloz vñ Act. xxiii. Deuouerūt se nō māducaturos nec bibituros donec occidissent paulū et voluerūt eū occidere in dolo: s. ad reprehendos istos inimicos et ad pp̄lin suū regēduz (misit) dñs (moysen seruum suū aaro quod elegit ipm) p̄ moysen intelligi p̄t ordo p̄ncipū seculizriū p̄ aaron ecclasiasticoz platoz: de qbus duob⁹ Lu. xxij.

CEcce gladii duo bñ p̄mū ordo seruus est. scds electus. de quo bñ sibiungit ipm quē ele. qd est contra eos qd vicarios constituit supra: voce m. clamaui ad dñ. q. d. nō voce vica rū (posuit i eis vba signorum suorum et prodigiorum in terra cham) id est posuit i discipulis vba et signa et prodigia in mundo: fm qd dñ Act. vij. Stephan⁹ plen⁹ gra et fortitudine faciebat signa et prodigia multa in pp̄lo. et Act. v. per man⁹ apostoloroz siebat signa et prodigia: in inimicis autē (misit tenebras) cecitatē: et (obscurauit corda eorum) fm qd dñ Rom. xi.

CCecitas ex pte cōtigit in ist⁹ (et non exacerbavit) imo cōplicuit (sermones suos) qbus dixerat iudeos exceccados. Esa. vij. Erceca eorum pp̄li bñ et aures ei⁹ aggraua et ocl̄os eius claude tc. Nec hāc solā pena habuerūt: s. in corpe puni ti sunt qd multi occisi et oes captiuati: bñ est (conuertit aq̄s eorum). i. sapientia vel multitudo eorum (in sanguinem). i. in occisionē et flagellationē a romanis factā (et occidit pisces eorum). i. sapientes qui in aq̄s sapientie sue cōfidebant: cete rapage possent similiter expōni de iudeis et penis eorum.

CSed ppter cōpendium redēam⁹ ad moralitatē. **C**Moraliter (et auxit) pp̄lus dñi augeat et crescit in beatitudinē et hoc facit dñs: vñ Eph. iiiij. Ceteratē faciētes in charitate cre scamus in illo p̄ oīs et bñd̄icit in charitate qd charitas est quātitas aic: et cū ita crescat et roborat tūc nō timeret impētus temptationis: vñ addit (et firmauit eū) populu (sup ini micos eius). s. sup mādū carnē dyabolū: de hac firmitate et augmēto simul. qd. Pef. in fi. Custodite vosmetipos ne insipientiis errore trāducti ericidatis a p̄pria firmitate cre scite vñ in gratia et cognitione dñi nr̄i ieu. xp̄i: et qd hoc augmētū et ista firmitas in tribulatione p̄ficiunt. fm qd dñ dicit Exo. j. Quāto opp̄imeban̄ tanto magis multiplica ban̄: bñ subdit (couerit eorum) inimicorū (et cauerit) ex corde (populu eius et dolū faceret) ore et oīs (in seruos ei⁹) odit eū mādū sicut dñ Job. xv. Mōlē mirari si odit vos mādū odit caro qd cōcupiscit aduersus sp̄ritū Sal. v. odit dyabolus dñ inimic⁹ et aduersari⁹ j. Pe. tn. v. Sobrij esto tc. H̄i tres inimici volum loquuntur

35

36 Allegorice

Moralic.

De mādo

carne et dia

bolo q̄liter

odit et dñ

lū faciūt

Psalmus

et faciunt in seruos dei: qd suggestur voluntate momentaneam et cōsentientes sibi obligat ad penā eternā. **P.** Qm mihi quidē pacifice loq̄bant̄ s. in suggestione et in iracundia terre loquētes dolos cogitabāt. ecce ira sine odio et dolum. **Ecccl. vii.** In labiis suis inducat inimicos et cū inuenit tēpus non satiabit sanguine. **S**o ad pugnandum cōtra istos hostes (misericordia aaron quem ele ipsum) **Micah. vii.** Dūsi ante faciē tuā moysem et aaron et maria. q moy. qui fuit assumptus de aq̄s significantē actiuo: p aaron q̄ interpr̄ etā mortuus significant cōtemplatiū: p mariā q̄ interpr̄ etā amarū mare penitētes. **Eco. xv.** Sumpnit maria prophetissa soror moy. et aaron tympanum in manu. i. carnis mortificationē in ope. Et nota q̄ p̄nia soror est actiue et cōtemplatiue vite. Itē nota q̄ dicit (moy. seruū et aaron ele cū) quia vita actiua serua est nec manet in domo in eternū cōtemplatiū vō electa est et durat in eternū. **Lu. xii.** Mar̄eba mar. solli. es tē. ecce seruū maria op̄. p̄tem ele. q̄ non au. ab es. ecce electio et duratio. lī aut̄ q̄libet. s. actiuo et cōtemplatiū: et penitēs pugnat cōtra quilibet illorū trū boſtū tū appropiatō mō actiuo cōtra mundū cōtemplatiū cōtra dyabolū penitēs ē carnē: mūndus em̄ mulez occupatiōib⁹ et turbatiōib⁹ impugnat actiūs dyabolus mulez astutus impugnat cōtemplatiūs. caro mulez illecebrosis desiderijs impugnat penitētes. q̄ aū tales sunt debet alios feruerter et būlitter admonere ut similiter faciat. vñ seq̄ tur bñ (posuit in eis vba signorū su. et pdi. su.) signa eius sunt dilectio et būlitas. **Io. xiii.** in hoc cognoscet hoies q̄ mei estis discipuli si dilectionē habuerit ad inuicē. De bu militate. **Lu. ii.** H̄ vobis signū inuenietis infantē pannis in uolutū et positū in p̄sepio: in eis ḡ quos misit dñs ad salvandū alios ponit vba istorū signorū q̄ etiā ppter sui magnitudinē non tñ signa sed et pdigia dicunt ut vices peccatores (de terra chaim). i. de mūndo būlitter et charitatiue corripiant et ad p̄niā et ad bona opa et ad desideriū eter. uorū accendat (misit tene). iste tenebre et alie plage a dño misse sunt in egyptiōs: s̄ hodie dño p̄mittente ab inimico immittunt etiā in ecclia q̄ ibi est p̄ma plaga ignorātia. se cūda carnalis amor. tercia rane. i. litigatores et aduocati. quare musce. i. maledici. quita grādo. i. oppresores. sexta locuste. i. adulatores. septima mors p̄mogenitorū. i. apostasia. dicit ergo (misit tene. et obsec.) quo misit. **Eco. x.** Ecce dicit moy. manu in celū et facie sunt tenebre horribiles. s. tā tense ut palpari possent qñ moy. i. platus p̄ arrogantiā et cupiditatē extēdit manū in altū facit tenebras in ecclia: vñ talibus dī. **Lu. xj.** Ce vobis legisperitis q̄ tulistis clauē ecclie. i. sciam boni abstulistiſ q̄ clavis est regni celorū sine q̄ nullus intrabit q̄r̄ ignorātia ignorabīt: vñ dī. j. **Cor. viiiij.** et talis platus nō audet arguere delinq̄ntes: vñ addit (nō exacerbavit sermones suos). i. non arguit acerbe. **Tyti. j.** Increpa eos dure. **Secunda plaga carnalis amor:** vñ dicit (cōuertit aq̄s corū). s. diuinitas et sapiam platorū et ecclie asticarū psonarū (in sanguinē). i. in consanguineorū amore. **Apo. vj.** Luna tota facta est q̄li sanguis. i. ecclia (et occidit pi. eorū) pisces ecclie sunt simplices et paupes qui de bēt nutrirī in anima aq̄s doctrine et sapientie platorū et corpore uētes et diuinitariū. sed q̄ totū studiū ipsorū platorū est ad protatas p̄san guineos suos puerunt: iō paupes et simplices moriunt fame aie. et fame corporis et ipsi plati q̄ eis subtrahunt rei sunt mori eorū eis em̄ dī pasce fame morientē si nō pauperi occidisti. **Esa. iiiij.** Elos depasti estis vineā meā et rapina paupis i domo via ibi. **Blo.** nostri p̄ncipes cū paupes delinq̄ntes publice arguat et cōfundat diuinitib⁹ peiora peccatiib⁹ nō nutri faciunt in quorū domib⁹ rapina pauperū est dī opes ecclie sibi thesaurizat et in delitiis abutunt et q̄ ad sustentationē pauperū dāt sibi reseruāt vel ap̄pinchis distribuunt. et aliorū inopia suas vel suorū diuinitas faciunt: ecce hīm. **Hieronimū** q̄ vir ecclesiasticus nec retinere aliquid de patrimonio crucifixi pō̄ p̄ter necessaria nec parentib⁹ dare qđ si facit rapina pauperū est i domo sua: vñ sup illud. **Mat. xxvij.** Dederūt pecunia militiib⁹ tē. dicit **Blo.** qui reb⁹ ec-

clesie abutunt in alijs rebus similes sunt scribarū et pba. risorū redimentiū mendatiū et ementiū sanguinem salutis. **Io. xlvi. ter.** dicit Petro p̄sce. s. verbo et exēplo tpa li subsidio. **Tertia plaga** in ecclia sunt rane. i. aduocati q̄ in flumine diuinitariū nascunt et garrūt: vnde dicit (edidic

De aduo-
catē sub spē
ranas que
sunt spiri-
tus diabolī

terra eorū ranas) **Apo. xvij.** Cūdi te ore draconis et de ore bestie et ore p̄seudo p̄phete exiſte tres spūs immundos in modū ranarū: diabolus est draco sibilas cōceptando. bestia deuorando: et p̄seudo p̄phete decipiēdo. et ad h̄ faciēda ex-
eunt de ore ei⁹ aduocati q̄ sunt spūs draconis sibilando p̄ adulatiōes spūs bestie deuorādo p̄ comedatiōes spūs p̄seudo p̄phete decipiēdo p̄ cauillatiōes et h̄i bitant et mo-
rāt in penetralib⁹ regū iporum. i. in cauernis platorū q̄a plati plures habent secū aduocatos q̄ p̄dicatores: vñ ap-
paret q̄ plus amāt tpaſia q̄ spūalia. **Quarta plaga** ē mu-
scarū. i. detractorū et acriter mordentiū: vñ dicit (dixit tre-
nit cynomia et cyni. in oī. si. e.) musca canina q̄ vt dicit ba-
silis sanā carnē ptransit et viceri insidet et detractor: cy-
nipes sunt illi q̄ lī nō detrahant retro. tñ in apto nimis
acriter mordet. de q̄bus dicit Greg. nazan. ex hoc docti et
catholici videri volum si alios rep̄bendam et illos opti-
mos iudicamus qui sbliter et figuraliter momordent. **Mich. vij.** Qui optim⁹ in eis est q̄li paliurus et q̄ rectus
q̄li spina de sepe. Et nota q̄ ait (dixit). s. platus (et venie-
cyno. et cyni.) q̄ ad nutū platorū et magnatiū veniunt ter-
tores et taliter obloquētes: vñ **Prouer. xxij.** Princeps q̄
libet audit verba mendaciōi om̄nes ministros bñ impios
et ecōtrario. **Prouer. xxv.** Clientus aquilo dissipat pluuiā
et facies tristis linguā detrahentē nec tñ in domib⁹ eorū
sed (in omnibus si. e.) musca igē dicit detractor: et iō dy-
abolus dicit beel zebub. i. deus muscarū. i. detractorū. **Ro.**
ij. Detractores deo odibiles et ideo dyaboli. **Quinta pla-**

Pqualif plu-
ria doctri-
ne platorū
pertinet in
grādinē cō-
minationū

ga est grādinis. i. cōminatiōnū et oppressionis: vnde dicit (posuit pluuias eorum grandine ignē comburentē in ter-
ra iporum) plati ecclie debent esse nubes coruscates mi-
raculīs. tonantes minis. pluentes doctrinis. **Esa. lx.** Qui
sunt isti qui vt nubes volant. **Deu. xxxi.** Cōcrecat vt plu-
via doctrina mea. s. pluuiā doctrine siue p̄dicatiōis modo
q̄tum ad multos vertitur in grandinē cōminatiōnē et in
ignē terrois: vnde non faciunt subditī fructū: s. flagellati
grandine et combusti terrore steriles efficiunt: vnde ad-

Zria vng-
uēta beati
bernardi q̄
destruit ut
sbditī a p̄
latiſ.

dit (et p̄cessit vineas eorum et sicut. e. t. cōtri. lig. finū eo-
rum) vinea que vinū generat est cōpunctio siue cōtritio
(ficus) dulcedo anime siue deuotio (lignum finium) est oli-
ua. i. misericordia que est lignū finū. id est mortis: quia in
morte cōcomitatur et seruat homines. **Ambrosius** **Sola**
misericordia comes est defunctōi. **Ecli. xxix.** Elementa vi
ri quasi sacculus cum ipso. hec sunt triangulenta bti bern-
ardi. sc̄s vnguentū contritionis devotionis et pietatis que
vnguentarius id est platus deberet confidere in animabus
sbditī cū pluuiā doctrine siue et speciebus diuersis exem-
pliorū bonorū. **Ecli. xxxvij.** Anguētarius faciet pigme-
ta suauitatis et vniōes sanitatis: s. dicit bec omnia de-
structa sunt ab igne et grādinē q̄ pluuiā succēserunt: q̄ cō-
minatiōes et opp̄siones platorū ita scindunt et vñt corda
sbditōi: q̄ nec contritionē de p̄priis peccatis nec deuotiōe
de dei bñficiis nec pietatē de primorū miseriis habēt: vñ
cōquerit dñs p̄ **Ezech. xxvij.** Qd perierat nō quesitiss: s̄
cū austereitate imperabatis eis et potētia et disperse sunt
oues mee. **Sexta plaga** est locustarū. i. adulatoꝝ: vñ dicit
(dixit et venit locusta et brucus) p̄ locusta et brucū intelli-
git adulatorū vt postea dicem⁹ et multi tales similiter nu-
tu platorū sunt in ecclia et in domib⁹ platorū. **Esa. xl.** Qui
sedet sup gyru terre et habitatores eius sunt q̄li locuste.
q. d. ipse platus et tota familia adulatoꝝ sunt **Ecli. xx.**
Qui edūt panē illius false lingue sunt: histriōibus em̄ et
adulatoꝝ dāt illa q̄ teberet dari paupibus: vñ bñ dicit
Ecli. xij. Impinguabī locusta et dissipabī caparis lo-
custa adulatorū. caparis bō paup. Sūt aut̄ multe p̄picta-
tes locuste q̄re per locustas intelligit adulatorū q̄ possunt
notari h̄ verū. **Multa volans saltās inimica satiō retro** **Geras.**

RDe adul-
torib⁹ q̄lī
assilantur
locustī fm̄
multas ei⁹
p̄pictates

Nota sep-
te plagues
in ecclē
dei.

M **Cōtra fla-**
tos promō-
tōs et di-
uinitati-
bus. **Secunda plaga** carnalis amor: vñ dicit (cōuertit aq̄s corū). s. diuinitas et sapiam platorū et ecclie asticarū psonarū (in sanguinē). i. in consanguineorū amo-
rē. **Apo. vj.** Luna tota facta est q̄li sanguis. i. ecclia (et occidit pi. eorū) pisces ecclie sunt simplices et paupes qui de bēt nutrirī in anima aq̄s doctrine et sapientie platorū et corpore uētes et diuinitariū. sed q̄ totū studiū ipsorū platorū est ad protatas p̄san guineos suos puerunt: iō paupes et simplices moriunt fame aie. et fame corporis et ipsi plati q̄ eis subtrahunt rei sunt mori eorū eis em̄ dī pasce fame morientē si nō pauperi occidisti. **Esa. iiiij.** Elos depasti estis vineā meā et rapina paupis i domo via ibi. **Blo.** nostri p̄ncipes cū paupes delinq̄ntes publice arguat et cōfundat diuinitib⁹ peiora peccatiib⁹ nō nutri faciunt in quorū domib⁹ rapina pauperū est dī opes ecclie sibi thesaurizat et in delitiis abutunt et q̄ ad sustentationē pauperū dāt sibi reseruāt vel ap̄pinchis distribuunt. et aliorū inopia suas vel suorū diuinitas faciunt: ecce hīm. **Hieronimū** q̄ vir ecclesiasticus nec retinere aliquid de patrimonio crucifixi pō̄ p̄ter necessaria nec parentib⁹ dare qđ si facit rapina pauperū est i domo sua: vñ sup illud. **Mat. xxvij.** Dederūt pecunia militiib⁹ tē. dicit **Blo.** qui reb⁹ ec-

maior (multa) est et adulatores multi: vñ hic dī (Locusta et brucus cui nō erat numerus) Naū.iiij. Cogregare ut brucus: multiplicare ut locusta Prover. xiij. Multi colunt personam potestis. Acc. xij. Populus autem acclamabat dei voces et nō bonum. Itē adulator est (volans) sicut locusta quia in tribulatiōe recedit Naū.vli. Deus est sol et aulauerū locuste. s. Ero. x. Mane facto venus viens leuauit locustas (et saltas) qd̄ sursum nitit in dignitatē Hieros. plit. Apprehendere niteris altitudinē collis. Itē adulatio est (inimica satis). i. seminatis. s. nouvelle plantationi vñtu Ero. x. Deuorata est ois herba terre: hoc est qd̄ hic subiungit Ero. x. Operuerūt locuste vniuersam suspicīter, re vastantes oia (et comedit omne fennū). i. oēm herbas in terra eorū nec solū herba: sed (et comedie omne fructū terre eorū). i. ipsa opa: sūm qd̄ dicit Ela. iiij. Popule meus q̄ beatū te dicūt ipsi te decipiūt: et vñā gressū tuor dissipāc. Itē est (retro maior) et adulator in ternalibus. ideo dicit supra: deus me pone il. vt ro. q̄ cadit a parte anteriori et surgit retro cōtra qd̄ dicit aplus Phl. iiij. Ad anteriora extēdens meipm Naū. iiij. Brucus expansus est et auolauit et custodes tui q̄si locuste et paruuli tui q̄si locuste locustarū. Septima plaga est apostasia. i. mors p̄mogenitorū. i. primorū operū: vñ dicit (et peccat omne p̄mogenitū in terra eorū p̄mitias ois laboris eorū) p̄mogenita et p̄mitia laboris sunt prima bona opa q̄ peccatum vel occiduntū cū reliquis illis retrosum cōvertit bō ad peccata Apoc. iiij. Habeo aduersum te pauca eo q̄ charitatē tuā p̄mā reliquisti memor esto itaq; vñ excederis et age p̄niam et p̄ma opera fac. Sic assignate sunt septē plague egypti ipsi ecclesie: s. sedim ordinē littere cōgrētiū assignatiōe sunt ip̄is egypti peccatorib; q̄ innuit hic q̄ p̄ moyse et aaron educant de egypto. i. de peccato q̄ ibi captivi tenent. septē plague p̄ce- duit in corde peccatoris ad vocē p̄dicatis vñum dei. p̄mū fensiū q̄ p̄ est q̄mittit dñs tenebras q̄ verbū dei ostēdit p̄tōres factos et verā sciā nō habetes: sicut dī Ero. xxiiij. Q̄ nō poterāt filii israel intendere in faciē moysh. p̄ter claritatē vultus eis: et hoc rogat p̄. Q̄m tu illuminas lucernā. m. dñe deus me illumina tene. m. i. da mibi sciā defectuō meorū. Secundū est abboiatio biuane et secularis scie hoc est cōversio aquarū in sanguinē aque em̄ scie seculares: de q̄bus p̄. In diluvio aquarū mul. ad eū nō approxi. vnde Ela. xv. Que nem̄ desertē erit Nem̄ interpretatur pardus. pardus em̄ variū coloris: sic iste scie maculata sunt q̄ oīno conuertunt in sanguinē. i. in abominationē pisces moriunt. i. curiositates et hoc fit q̄m ve dī Apo. viij. Sed la q̄ dicit absinthiū cadit in aquas hoc est abboiatio quā deus innittit. Tertio sequit̄ plaga ranaz. i. q̄dam tumulus q̄ fit in corde p̄tōris: de quo p̄. Minis rugiebā a ge. cor. m. Quarta plaga muscarū pūgentiū hoc est remorsus consciē Ela. viij. Sibilabit dñs mūlē q̄ est in extremo fluminū egypti. semp em̄ i extremo peccati remanet vernis consciē cui sibilat dñs ve pūgat et mordeat cor peccatoris ve ad p̄niam redeat post remorsum consciē sequit̄ cōpunctio hoc est plaga grādiniū et peccatorū flagellat et vrit post hāc sequunt̄ opa p̄nīe. s. abstinentie: vigilie: discipline. hee sunt locuste q̄ flante austro charitatis venientib; ve. seebat Jobānes in deserto sicut dī Math. iiij. et Mar. i. Hee sunt crura posteriora lōgoia q̄r opa p̄nīe debent esse in p̄gressu: post hoc sequit̄ mors p̄mogenitorū. i. destruētio p̄mori motuū: vel septē capitaliū viciorum et tūc exīt bō de egypto vñ sequit̄ (et edurit eos cū ar. et au. et nō erat in tri. e. infir.) educit em̄ dñs boiem de p̄tō p̄ cōtritionē. Hieros. xij. Ego dñs eduri vos de fornace ferrea. Secundo dāt argentiū. i. eloquentiā cōfessiōis. Tertio aurū. i. p̄ciosa et p̄bata opa satiſfactiōis. Quarto sanitatez ut fortis sit bō ad faciēndū penitentiā et ad resistēndū tēptatiōibus Ro. iiiij. Nō est infirmatus in fide. i. Pef. v. Aduersarius vester dyabo. et leo et c. Heb. xij. Sancti q̄ fidē vicerūt regna. id est regnum mūdi. regnum carnis. regnum dyaboli: et tales onerosi sunt hoibus mūdanis sūm q̄ dicit Sap. iiij. Grauis est nobis etiā ad vidēndū q̄m dissimilis est alijs vita illi?. vñ gaudeat q̄n tales moriunt: vel etiam intrant religionē:

vñ sequit̄ Letata est egyptus in p̄tectione eorū: de q̄ Ero. iii. et v. Deus hebreorū vocauit nos vt eam vñā trū die. rū i solitudinē et sacrificemus vñō deo nřo (q̄ incubuit tū mor eorum sup eos) mali eīm timēt et odio habēt bonos. Prover. xv. Non amat pestilens eū qui se corripit. Job. xix. Elidebant me iuuenes et abscondebant.

Expandit nubem in protectionem eoru et ignem vt luceret eis per noctem

Sexta pars scđm Aug. vbi supponit bñficia que deus cōtulit hebreis iter agentibus per beremū. supius in duo bus versibus immediate p̄cedētibus p̄misit beneficia que eis cōtulit in ipo exitu de egypto. vnde q̄ ibi post plagas egyptiorū incipit agere de beneficiis hebreorū ibi incipit p̄ titio scđm castiōdorū. Dic ergo ponit ea que facta sunt eis in itinerē. Primū est p̄tēcio nubis in die. Secundū illuminatio ignis in nocte de q̄bus dicit (expandit nubē in protectionē eorum) i. et protegeret eos a sole in die (et ignem vt luceret eis per noctē) de hac nube et de hoc igne habet. Ero. iiij. in si. et Mūeri. ix. Tertiū beneficiū est largitio car. mō: vnde dicit.

Netierunt et venit coturnix: et pāne celi saturauit eos.

